



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 20. Bellum ab Anglo Gallis indictum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Richardum III. in prælio occisum Galli Sæcul. XV:
 classem, pecunias, copiasque suppedi- A.C.1492.
 tassent.

§. XX.

Bellum ab Anglo Gallis indictum.

Maximiliani Oratores in Angliam de- Polyd. Virg.
 lati, Henricum ad arma Gallis in- hist. Angl. l.
 ferenda satis propensum experiebantur. 27.
 Igitur belli societas firmatur, ut vero ei- Bacon. hist.
 dem plus roboris, auctoritatisque acce- Henr. VII.
 deret, Henricus Senatum convocat, qui
 lubenti animo in Regis sententiam ibat,
 nil ardentius exoptans, quam Gallos bel-
 lo petere. Ferme omnes Historici in eo
 sunt, ut Henricum ab omni culpa vindi-
 cent, caussantes, quod Regis animus
 a belli consiliis longe alienus fuerit, tem-
 pori tamen atque Anglicæ Nationis ge-
 nio cedere coactus esset, eoquod illa for-
 te contra eum, si Maximiliano opem fer-
 re recusasset, seditionem movisset, de
 cetero eum a suo Senatu hac via pecu-
 nias extorquere meditatum fuisse affir-
 mant. Verum speciosa hæc excusatio
 vix conciliari valet cum Polydori Virgi-
 lii, & Baconis testimonio, quorum pri-
 mus Henricum de enormi ingratitude
 postulat; alter vero orationem recitat,
 quam idem Rex coram suo Senatu de-
 clamabat, in qua nil eorum desiderari
 videtur, quæ exulceratus animus in Gal-
 los

Sæcul. XV. A. C. 1492. los effundere posset, & plane, si Maximilianus, prout sponderat, suas quoque copias Anglis junxisset, haud mitior Gallis impendisset calamitas, ac olim eos oppresserat, dum Angliæ Reges armorum fædere Burgundiæ Ducibus juncti erant. Utcumque autem res se habeat, Henricus in parando bello totus erat, cumque Maximiliano fidem dedisset, se in Gallias per Picardiæ Provinciam infestis armis penetraturum, ad trajiciendum exercitum classem instrui jussit, & conscensis navibus, die sexta Octobris hujus anni cum viginti quinque peditum millibus, atque equitibus mille exscensis exscensionem fecit; has copias in terram vix expositas Bononiæ urbi admovet, ac quarto post die obli-
 dionem auspicatur. Opportune Cordæus urbem omni ad sustinendos diuturnæ ob-
 fidionis impetus apparatu necessario in-
 struxerat, persuasus, a pertinaci obse-
 forum constantia potissimum civitatis sa-
 lutem dependere, Anglosque accedente
 hyemis rigore, ac continuis pluviis, quæ
 in Autumno hanc Provinciam ferme sem-
 per inundant, validius a cæpto opere de-
 terrendos esse, quam quocumque alio ob-
 fessorum insultu.